

In p̄paracōne spiritualis et angelicā ubi sc̄z eucaristie et in eius  
p̄secracōe et cōmunicacōe agende sunt dō magne gracie exēplo  
xp̄i qui accepit panem in sanctas et venerabiles manus suas ḡ  
das agens benedixit. Math. xxvi.

**De gratitudine seruāda.**

- Gratus debz esse homo**
- Virtuose liberātibus.
  - Virtuose laborātibus.
  - Opose dona dantibz.
  - Generose declarantibz.
  - Amicantibus graciose.

**G**ratius debz esse homo ei qui eū de aliquo piculo libera-  
uit. sic gratus fuit abrahe rex sodomorū qui liberauit  
eum et populū suum de preda q̄tuor regum offerens ei om̄ia spo-  
lia. sed ille sicut liberalis iurauit nec voluit recipere Gen. xiiij.  
Quia moyses liberauit filios ietro de manu pastorū. Ietro sac-  
tos gratus fuit deo et moyfi dicens B̄ndictus dñs deus meus  
qui nos liberauit de manu egipti dādo ei filiam in vxorē Exo. ij.  
als. xvij. B̄n remunerauit iofue raab que liberauit explorato-  
res ab hostibz. Iofue. vi. Cum gedeon liberaſz populū gratus  
ei populz dicebat. dñare tu nobis et esto p̄nceps. noster. Judic.  
vij. Thobias gratus fuit raphaeli quē hominē credebat q̄ euz  
liberauit a deuoracōe piscis. vxorē eius a demonio. p̄rem eius a  
cēitate offerens ei multa dona Thob. xij. Naaman liberatus a  
lepra multa dona obtulit helyseo. licz ipse rēnueret. iii. Re. v.  
**G**ratius debz esse homo laborāti ac fatigato in eius seruicō ei  
tribuendo vt decz. Ido abrahā oblata a rege sodomorū licet  
p̄ se tanq̄ liberalis respuerz predā quā tulerat. voluit tamē vt  
socij p̄te p̄de haberēt qui secum pro eo fatigati fuerāt Gen. xiiij.  
Dixit laban ad iacob Nū qz frater meus es seruiēs michi gra-  
tis. quasi dicēz nolō esse ingratus ido tibi dabo mercedē Gen.  
xxix. Regraciatuē est dauid seruis et viris iabes qui laborauerūt  
ad sepeliendū saul. ii. Re. ij. Delias assumendz in celum remu-  
nerauit heliseū qui ei seruieāt. iii. Re. ij.  
**G**ratius debz esse ho-  
mo illis a quibz recipit dona vel bona quibz semp obligatus  
est si non retribuit Ido laban videns totalia que seru? abrahe  
dedit rebecca sorōi sue dixit ei Ingrede b̄ndicte dñi. cur foris  
stas. Et appositus est in conspectu eius p̄amis Genes. xxiiij.

Quia regina saba multa dederat salomoi rex salomo dedit ei omnia que voluit et petiuit. **iiij. Re. x.** Helias propter beneficia recepta a vidua sareptena colligens ligna que dedit ei panem multum et vitum farram et oleum. **iiij. Re. xvij.** Suscitauit etiam filium eius. **iiij. Re. xvij.** Helise bene remunerauit mulierem sunamitam apud quam manere consueuerat impetrans ei filium et mortuum suscitans. **iiij. Re. iij.** Plene cognoscebat paulus collata beneficia dicens. sicut angelum dei recepistis me. **Gal. iij.** Grati debet esse homines multum instructoribus et doctoribus. quod ut ait commentator. prius et doctoribus non possumus reddere equalens vel esse minus grati. sic pharaon multum fuit gratus ioseph qui eum uisionem et interpretationem dedit et in agendis consuluit quem pharaon magnifice sublimauit. **Gen. xli.** Balthasar rex retribuit danieli magna dona et honores per reductionem et interpretationem somnii et uisionum. **Dan. v.** Ido quod Cimeus amicus fuerat et bene se habuit de filiis israel perat ei saul. **p. Re. xv.** Gratus debet esse homo amicis antiquis et heribus eorum. Ido dauid dixit ad abathar cuius pater achimelech mortuus fuerat. Mane mecum non timeas qui quesierit animam tuam queret et meam. **p. Regum. xxij.** Retribuit dauid iuppiboseth pro gratia et amicitia patris ionathe. **secundo Regum nono.**

**De gula et ebrietate.**

**Gule uicium solet.**

- Sacris uiris inducere temptaciones.
- Veteris inducere polluciones.
- Mentis adducere cecaciones.
- Juris deducere subuersiones.
- Cordis producere induraciones.
- Reis producere occasiones.

**Q**uod uicium in temptacione obtinet primum locum. Nam quod comedere et bibere de necessitate est nature. dyabolus ibi laqueum temptacionis abscondit ubi necessitatem esse ostendit. Sic enim primo de uicio gule primum hominem in paradiso temptauit primo et uicit. **Genes. iij.** Item prima temptacio filiorum israel fuit de potu. secunda de cibo. **Exo. xv. et xvi.** Volens diabolus dominum experiri ipsum primo de gula quam de alio uicio temptare presumpsit. **Matth. iij.** Gule uicium intendit et nutrit luxuriam. Ido quod in Hieronimum. uenter et genitalia sunt propinqua